



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 34. Paschasius Abbas Corbejensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](#)

Sæculum IX. servasset. Actis hujus Confirmationis
A. C. 847. subscripserunt Episcopi viginti quinque,
 inter quos sunt tres Metropolitanæ, Hin-
 marus, Gundebaldus & Venilo. Reliqui
 iidem ferme sunt, quorum nomina post
 Synodum Meldensem leguntur.

§. XXXIV.

Paschasius Abbas Corbejensis.

Sup. Lib. Paschasius Ratbertus Abbatiali potesta-
XLVII. te Monasterium Corbejense ab anno
§. 33. octingentesimo quadragesimo quarto re-
Mabil. to. 6. gebat, Diaconatus Ordine insignitus;
Att. p. 125. nec enim unquam, sicut etiam Ludovi-
Id. n. 16. Marculfi II. cus Abbas S. Dionysii, ad altiorem ascen-
form. c. 24. dit. Illo igitur tempore, quo Abbate-
43. Sup. rat, Librum suum de Evcharistia Regi
XXXIX. Carolo tradidit, loco munusculi, quod
§. 28. in majoribus Festis Principibus offerri-
 mos erat, ut, cum de formulis Marculfi
 sermo mihi esset, notavi. Ratbertus igi-
 tur a Rege invitatus, Donum istud pro-
 tulit, sperans, Opus suum eo magis uti-
 le futurum, quo magis in lucem emittet-
 tur. Liquet etiam, illo usque nulli
 disputationi ansam deditisse.

Aliquamdiu priusquam Abbas esset
 Paschasius Tractatum scripserat de partu
 Virginis, cuius scriptionis hæc fuit oc-
 casio. Ratramus, ejusdem Cœnobii Cor-
 bejensis Monachus, cum audivisset, do-
 ceri in Germania, JESUM Christum non
 sicut

sicut alios parvulos exivisse e sinu San- Sæculum IX.
 &æ Matris suæ, sed modo prodigioso, ar- A. C. 847.
 bitratus est, hanc opinionem veritati In- to. I. Spicil.
 carnationis adversari, eamque edito Scri- p. 318.
 pto stili satis acerbi impugnavit, imo &
 Hæresis accusavit. Attamen fatetur, de
 Fide Catholica credendum, Mariam sicut
 prius, ita etiam post partum, Virginem
 permanuisse. Illico contra Ratramum Tom. VIII.
 Paschasius calatum strinxit, defendens Bibl. Patr.
 opinionem communem de modo prodi- Paris. p. 426.
 gioso, quo JESus Christus natus esset; 282. to. 12.
 ut vere affirmari possit, Sanctam ejus p. 565.
 Matrem semper fuisse Virginem, & cum v. Præf. to. I.
 sine concupiscentia concepisset, etiam a Spicil.
 partus doloribus fuisse exemptam. Hoc
 Opus Paschasius Theodrabebe Abbatis-
 sæ in Civitate Suescionensi, & Sacris Vir-
 ginibus ipsius curæ commissis inscripsit.
 Respondit Ratramus, iterumque Respon-
 sum Paschasius refutavit; quæ Scripta
 per errorem aliqui S. Ildéphonsi Toleta-
 ni calamo edita putarunt. Non legi-
 mus, ullos motus hanc disceptationem
 fuisse secutos; & sine dubio ejusmodi
 quæstiones inutiles & indecoræ melius
 silentio pressæ fuissent. Sed nempe in
 illius ætatis Scriptoribus inter Barbaros
 impolite educatis primorum Ecclesiæ
 Doctorum sapientia & discretio require-
 batur.

§.XXXV.